



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

23. Dies Janvarii. Hinc maximè commendatur, quale Bonum sit Deus,
quando nulli ab eo recendent, bene est. Aug. de Gene. ad litt. II. 11. c. 5.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

23. DIES JANVARI.

Hinc maximè commendatur, quale Bonum sit Deus , quando nulli ab eore cedenti , bene est. *Aug.de Gene. ad lxx l.ii.c.5.*

Deo vi- I.
vendum à
quo acce-
pimus vi-
tam.

VT rectè vivas , Deo vitæ Domino prius tribue. Ei utique potissimum vives. Nusquam vives verius , nunquam felicius. Ut autem vivas Deo , morere peccato. Eide ut placeas, pœnitentia placa. Offensum illum ne momento sustine. Momentum quodvis, discrimen est æternitatis. Ideò non parvum est crimen, tantum vel subire discrimen. Nulla est spes veniae, si tempore pœnitentiae differatur ultra terminos misericordie. Quod evenit aliis , tibi ne eveniat , pave; ut non eveniat , cave. Hoc tibi sit certum , tibi recedenti summo Bono , non potest esse bene , non potest non summè esse malè. Omnis in Deum culpa , error in salutis via ; tanto periculosior , quanto longior. Cogita vias tuas, & converte pedestuos. Quò pergis diutius, recedis longius, redibis difficilius. Non redire, est velle perire. Si vero es in errore, recedi a Deo , & quò accidis? quò? Ubi bonum omne definit , malum omne confluit. Ubi Deus hostis, diabolus amicus est, peccatum voluptas est , æternus jocus est, tartarus fabula est : damnatio vero , terminus est.

II, Offer

II. Offensa omnis venenum est perempturum, ni evomas, & audes retinere? Scis quām sit noxium venenum? Finge te videre in unam quasi struem accumulata ossa hominum omnium hactenus mortuorum, & omnium, qui postea usque ad summum mundi diem morientur; Deus bone, quanta in ortalitas; & tamen hæc omnis è peccato emanavit. Quis deinceps audebit venenum hoc bibere, quod omnium, qui in toto sunt mundo, hominum corpora, & animas interemit? Et tamen, tantum malum, quod te tam crudeliter impetit, impatienter appetis, imò ut delicias expetis. Sed hactenus non occidit; satis est ad metum, posse occidere. Si pepercit tibi plurimos sustulit. Noli abuti indulgentiā præterita, propè est vindicta secutura: qui diu parcit, tandem punit. Et ut pepercit, non sit hoc tibi calcat ut pecces, sed frænum ne pecces. Fecit propitius ne perires, permettit lacesitus ut pereas. Ah! quot tui similes, imò dissimiles, quia meliores, quo tulaboras vulnere, perierunt! Et potestne delectare hominem, quod offendit Deum? & illud quidem, quod eum, si mori posset, mori cogeret? Quod Deum hominem mori coegit, & mori ignominiosissimè, atque acerbissimè? Quod vulneribus ejus debuit personari, sanguine ejus elui, meritis ejus compensari? Quod eidem Deo omni cruciatu intolerabilius, omni jaætura est gravius. Quod solum cogitatum, sanguine coegit sudare?

II. Ad te jam convertor. Quod nocet tibi amplius, quām nocere vel affligendo diabolus, vel puniendo Deus possit? quod dum pœnis vindicatur

æternis,

æternis, nondum dignis vindicatur? quod punctum
delectat unico, pœnas luit nunquam finiendas
Quæsto te, quisquis es peccator, & fidelis, credis
hoc, & audis, & non times? non doles? non tremis?
Audi tandem monentem Fidem, Spem animantem
Timorem minantem, Pudorem increpantem, Amo-
rem allicientem. Tantime tibi est tantilla rei pessi-
mæ voluptas pessima, ut eam pœnis compares æte-
nis? Tantilli tibi est Dei inimicum esse, cuius inimi-
citia est felicitatis jactura, damnationis sententia.
Quem nec fallere potes, quia Sapientia est, nece-
vadere, quia imminensitas est, nec vincere, quia omni-
potentia est? Et vellesne in posterum morte anima
mercari delectationem corporis? & malo summi
bonum vilissimum? Ubi nunc tua est prudentia, in-
tellectus, ratio, illud in se admittere, quod inter
omnia quæ sunt, quæve esse possunt, aut fingi, maxi-
mè repugnat rationi? Quod illi qui committit, &
si in ictuoculi, in punto temporis, in eo persisteret,
magis est perniciosum ipsa pernicie, & ipso cum
toto cruciatuum apparatu, tartaro, admittitur ta-
men, & sine metu, immò cum plausu, & admissum fo-
vetur cum securitate, immò cum voluptate, ubi con-
tremiscere deberent, atque exhorrescere homines
omnes, si quando eis veniret in mentem, fieri posse,
ut vel unicus homo inter omnes, qui sunt, fuerunt,
vel erunt, in extremum hoc exitium, ultimumque
infortunium corrueret. O quot mala, ex una arbo-
remali! quam non vanè Poëta!

Omnis origo mali, processit ab arbore mali.